

www.e-rara.ch

**Iani Damiani Senensis ad Leonem X. pont. max. de expeditione in
Turcas elegeia, cum argutissimis doctissimorum virorum
epigrammatibus**

Damianus, Janus

Basileae, [1515]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-95427>

[Epigrammata in Ianum.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20^e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

AD LEONEM ELEGIA.

Noftraq; te exultet principe religio,
 Non tamen humanos præclara modestia mores
 Exuit, & nulli est mitius ingenium.
 Iufticiam ne prius mirer fanctiffime præful
 An memorem largas ad pia dona manus.
 Quid tua quas habeat uires facundia dicam?
 Quantaq; de docto pectore uena fluat?
 Te non ulla latent clarorum fcripta uiroꝝ,
 Nulla facræ feries te fugit hiftoriæ.
 Nec tua contemnit generofos cura poetas
 Quos diuinæ aliquid mentis habere ferunt.
 Tale fed ipfe facis uatum doctiffime carmen
 Quale canit fumpta Delius ipfe lyra.
 Doctus es, & culti placido fermonis ab ore
 Dulcior Hyblæo copia melle fluit.
 Nec minus orator quam uates optimus, idem
 Italiæ linguam tradis utranq; tuæ.
 Eft modo Meccenas uates quem fepe petiftis.
 Te duce nunc redeunt fæcula priſca Leo.
 Viue diu felix, fuperi tua fata fecudent,
 Et faciant fatis te fupereffe tuis.

FINIS.

DOMINVS SEVERVS MONA
 CHVS AD LEONEM.

Qui te diue Leo iuuenili carmine Ianus
 Admonet in rigidos uertere bella Getas,
 B Idem

EPIGRAMMATA

Idem prædarios poterit celebrare triumphos
Quos de prostratis hostibus inde feres.
Tu modo crescentem foueas pater aline poetam.
Et quod proposuit munus obire pares.

DECIVS SYLLANVS AD IANVM
DAMIANVM.

Quicquid Apollineo uates Cumana sub antro
Concipit, atq; homini spiritus ille refert,
Aut quod ab ætherea diuorum nuncius aula
Colligit, & magni semper in ore Iouis,
Id tibi diuina, & uigili modo mente dicaui
Phœbus, & in pectus transtulit omne tuum.
Nam quanq; ingenio conditum est carmen & arte,
Plus tamen ætherei numinis illud habet.
Hinc plus forte tuos nemo non suspicit actus,
Sed reor, hæc Decimi numine uena fluit.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΙ ΤΟΙ ΧΑΛΚΟΝΔΙΤΑΙ.

μικρὴν καὶ ἐνώονον βίβλον τὰρ δ' ὤξενε λείσασθαι.
πολλοῦ δ' ἐντὶ χυσοῦ γ' ἄξια τῆς φρονίμοις,
εἰ τὰ δὲ πιχθονίοιο θεοῦ κρατεροῦ Λέοντος
ἰσὴ τέγμα λάβοι κληνὸν ἐφημοσύνη.

CONSTANTINVS ACHAZAS GRAE-
CVS AD LEONEM.

Carminе Mæonidæ est nunc fortunatus Achilles
Est pius Aeneas carminе Virgilij. •

Est

IN IANVM.

Es tu (crede pater mihi) fortunatior illis
 Concelebrat Ianus dum tua facta Leo.
 Magna quidem nunc est sed erit tua gloria maior,
 In terris ibit nomen ad astra tuum,
 Si portam capies quam aperit fortissimus heros
 Astriferi Ianus ianitor ille poli,
 Atq; illa emittes nostri uexilla Tonantis
 Aurea signa uiris, signa colenda deis.
 Te patrem agnoscet si Teucria, protinus omnis
 Assurgetq; libens Aphrica terra tibi.

DELIVS HIERONYMVS ALEXAN
 DRINVS RO.

O mihi memorande Damiane
 Inter dulciculos meos sodales,
 Si fas est modo uera fabulari,
 Sunt hi sunt elegi tui, uetustos
 Illos ut sapiant bonos poetas,
 In primis lepidos uenustulosq;
 Illic simplicitas Tibulliana.
 Illic est grauitas Propertiana.
 Quo tui tibi gratulentur, atq;
 Latentur sibi candidi sodales
 Senarum decus, & decus poesis.

FACTIVS POLYDORVS PAVONIVS.
 Tam bene diuinum hortaris Damiane Leonem
 Sumat ut in rigidos arma cruenta Getas,
 Tam bene delecta tollis sua numina laude
 Doctius ut nulla dicier arte queat.

B ij Dignus

EPIGRAMMATA IN IANVM.

Dignus es æternum solus canere ipse Leonem,
Dignus & ille tuo est solus ab ore cani.

PETRVS FOEDERINVS RO.

Salmoneus ualuit tantum non fulmine, Pollux
Siue ferox Amicus castibus, axe Pelops,
Ippomenes cursu, claua Tírynthius, herbis
Phillyrides, Linceus lumine, Castor equo,
Tu quantum Damiane uales in carmine, certū est
Semper Hianteas te coluisse plagas.

PHOEBVS PTOLEMEVS SENEN.

Quis te diuinum nescit Damiane poetam
Cum tibi tale sacro carmen ab ore fluat:
Per te nunc nostris magnum decus additur, & nunc
Est per te patrio gloria parta Lari.
Sic ego Nasonem, sic te iocunde Properti,
Sic ego te uideo docte Catulle loqui.

PAVLVS SORANVS.

Quæ tua, facundi Iani tam docta poetæ
Carmina, diue Leo sacra trophea canunt,
En ueterum æquiparant antiqua poemata uatum.
Forſitan & plectro fertilior sonant.
Non hoc Parnasi faciunt uaga sacra colentes
Dum mouet Aoniam Phœbus Apollo lyram,
Sed tu cui merito diuina potentia cœli est,
Quiq; tuum imperium cum Ioue solus habes,
Ingenium uati diuinaq; carmina dictas.
Hinc liber æternus nomine semper erit.

FINIS.